



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Hæresiarch[a]e in Sæculo IX. dissoni Papis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

FORTVNATVS Grandensis Patriarcha sub annum 812. item EGINHARDVS similiter, qui corpora S. Marcellini & Petri transfudit Coloniã anno 826.

**Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholicę, Nouatoribus contraria, in Sæculo IX. Exempli gratia.**

I. *Missam & Ceremonias eius, iuxta Ritum Romanum conseruatas*, conseruit Amalarius li. de Diuinis Officijs. Angelomus. Rabanus de Institut. Cleric. Hincmarus in Capitulis. Strabo Fortunatus.

II. *Veritatem Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia, & Transubstantiationem* asserit Rabanus lib. de Sacramento Eucharistię. Haimo in 1. Tim. 2.

III. *Baptismum, & eius Ceremonias* docet Hincmarus ad Hincmarum Laudunensem. Haimo super Ascensionem Domini. Rabanus epistola ad Reginaldum.

IV. *Confirmationem, Chrisma, & alia Sacramenta* docet Rabanus de Institut. Clericorum. Haimo super Pf. 26. S. Nicolaus 1. Papa in epistola.

V. *Sanctorum inuocationem, Reliquias, Imagines, Festiuitates* docet Haimo homil. de Virginibus. Rabanus lib. 4. cap. 10. de sermonum proprietate. Strabus passim ac sepe.

VI. *Iustificationem, Liberum arbitrium, & Opera bona* docet Haimo in c. 1. Malac. Et 1. in Iaiam. In Hebr. 4. in Pf. 26. & 135. Rabanus in epist. ad Humbertum.

Angelomus in 3. Reg. 3. Strabus sepe in Glossa Ord.

VII. *Pœnitentiam & Confessionem Sacramentalem* docet Rabanus in Ecclesiast. lib. 8. Et in Institut. Cleric. ca. 14. 16. 19. Et lib. de modo Pœnitentię.

VIII. *Primum Petri, & Rom. Pontificis* docet Hincmarus ad Hincmarum Laudunensem. Photius Græcus schismaticus in Noniocanone.

IX. *Suffragia pro defunctis & Purgatorio* docet Haimo in 1. Cor. 3. 4. 5. Rabanus lib. 8. in Ecclesiast. 14. Photius in Bibliotheca.

**Hæresiarchę in Sæculo IX. dissoni Papis.**

GLAUDIUS Taurinensis Episcopus Felicis hæretici, in Conc. Francorodiano damnati, discipulus, negabat eę venerandam Crucem Domini, sepulera, Reliquias Sanctorum; vtil. m. esse peregrinationem ad limina Apostolorum.

Ita anno 825. Refuratur à Iona Aurelian. episc. Damnatur ab Eugenio II.

MICHAEL BALBUS Imperator anno 820. factus, permisit restitui imagines; & tamen fuit Iconomachus contra Orthodoxos.

An. 826. Sanctimonialem Virginem ducit vxorem.

Impius negabat Resurrectionem mortuorum, Sabbatissabat, Prophetas tridebat, Negabat esse demones, Scortationem esse peccatum, Iudę proditorē inter beatos numerabat. Pascha celebrari alieno tempore aiebat. Beatus scribi, dicine SANCTOS vetabas et hęc item literaturam ac scholas prohibuit.



Iurari per se, non per Deum, iussit.  
De SERGIOTIS vide anno 810.  
De MOECHIANIS an. 808.  
De GODESCALCO an. 848.

## V A R I A

Testimonia Fidei historica  
in Saeculo IX.

ANNO DCCCL. Leonis III. 6. CAROLI MAGNI Imperatoris I. Papa Symbolum Apostolorum in scuto at genteo incisum proposuit in Aede Sancti Pauli.

Carolus autem ita edicit: *In memoriã B. Petri Apostoli honoremus S. Ro. Apostolicam Sedem; ut, quae nobis Sacerdotalis Mater est Dignitatis, esse debeat Ecclesiastica Magistrarationis.*

*Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, ut, licet vix ferendum ab Illa S. Sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.*

Porro negat dari appellationem ab ea aliò vsquam.

Eius iussu facta est COLLECTIO LEGVM Ecclesiasticarum.

Vnde vix paucas fanciuit; sed olim fancitas voluit obseruari.

S. SALVIUS cum socio venit ex Aquitania in Galliam, causa Christi prædicandi: at trucidati in stabulo defoduntur.

Locum vero mundum conseruat taurus, alia inde abarcens bruta: tædisque cum cælestibus illustrat Deus.

Carolus demum, ter diuinitus mo-

nitus, ambos transfert in ecclesiam, multos inclitos miraculis.

ANNO DCCCII. Doctissimus hac ætate vulgò credebatur, qui grammaticam nosset; quam & Episcopi profitebantur.

Carolus autem vbique bonas literas restituebat; Professoribus earum amplissimè donatis, ac Honoribus mactis.

At eo mortuo rursus sunt collapsæ.

S. Donatus Episc. Fesulanus, claret miraculis.

ANNO DCCCIV. Leonis III. 7. Pontifex inuisit Carolum in Germania; quam obiens passim multas consecrat ecclesias, instituitque Episcopatus; Indulgentias largas donat: Canonizat VVerdæ Sanctum Suibertum, suaucè fragrantem, plurimis isthuc confluentibus causa & deuotionis, & sanationis.

In his nobilis matronæ filius, in impulsu nauis forte excussus in undas mergitur; mater eum deuouet S. Suiberti seruitio.

Postridie repertus ad Sancti sepulcrum deponitur mortuus: oratur: reuiuiscit: rediuuius proponitur vniuersis.

Erat Archiepiscopi Coloniensis nepos ex sorore. Parens exutum torque tradit Archiepiscopo tonsurandum in monachum; ideoque nomen ei datur Suiberti.

Carolus è Saxonia deducit colonias in Galliam ac Germaniam, causa pacis stabiliendæ; & è tota Gallia & Saxonia penditur tributum Papæ de singulis ædibus. *Obit Alcuinus.*